



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

De Libero Arbitrio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

ACTUAL est omnis actio pugnans cum lege, tum in mente, ut dubitationes de Deo: tum in voluntate & corde, ut incendia malorum affectuum: tum in membris externis, ut externæ actiones, pugnantes cum lege Dei.

ALIA DIVISIO.

PECCATUM aliud est regnans, seu mortale. Aliud est non regnans, quod vicitate nominatur Veniale.

REGNANTIA peccata seu mortalia, dicuntur omnia peccata in non renatis, originale & actualia, interiora & exteriora, quæ ideo dicuntur mortalia, quia non renatus propter illa omnia reus est iræ Dei, & pœnæ æternæ, id est, ordinatus ad pœnam æternam, sicut Ioannis 3. dicitur. **Qui non credit filio, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super eum.** Rursus peccatum regnans seu mortale est, cum is, qui fuerit renatus, assentitur errori in fundamento, aut labitur contra conscientiam. Tunc enim amittit gratiam, Spiritum sanctum & fidem, sicut Adam & Eva, Aaron assentiens facientibus idolum, Dauid rapinam alterius coniugem, contristant & excutiunt Spiritum sanctum, propter talia delicta, & rursus fiunt rei æternæ pœnæ. Possent enim sic labi renatos, perspicuum est ex capite Matthæi 12. & 2. Petri. Aliqui vero redeunt ad pœnitentiam, & salvi fiunt. Multi non redeunt ad pœnitentiam, & pereunt, ut postea dicemus.

PECCATUM non regnans, quod nominatur Veniale, id est, propter quod non remittuntur gratia, Spiritus sanctus & fides, est in renatis in hac vita malum originis, & dubitationes, & incendia malorum affectuum, quibus tamen repugnant renati, ne ruant contra conscientiam, & dolent propter has sordes, & credunt se propter mediatorum Deo placere, tegi has sordes, & gratiam exuberare supra peccatum.

VNDĒ SVMTA EST HÆC DISTINCTIO?

RESPONDEO. Certum est hanc esse perpetuam doctrinam veræ Ecclesiæ, & illustria testimonia in scriptis Prophetiis & Apostolicis extant. Roma. 8. expresse ponitur hæc distinctio: Si secundum carnem uiueris, moriemini: si autem actiones carnis Spiritu uiuificaberis, uiueris. Item 1. Timoth. 1. Milita bonam militiam, retinens fidem & bonam conscientiam. Item Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, qui talia faciunt, regnum Dei non possidebunt. 1. Cor. 6. Ne erretis, adulteri, homicidæ, idololatæ, regnum Dei non possidebunt. Item 1. Ioan. 3. **Qui facit peccatum ex Diabolo est.**

DE LIBERO ARBITRIO.

QVOMODO DOCENDI SVNT HOMINES de libertate uoluntatis humanæ?

RESPONDEO. Cum fit mentio Liberi arbitrij, non nulli

atur stolica deliramenta de necessitate omnium actionum in omni-
bus elementis, in pecudibus & hominibus, bonis & malis: sed tan-
tum nos ipsos aspiciamus, & consideremus, quomodo legi Dei obae-
dire homines aut non obae-dire possint. Semper hæc simplex & vera
utilitas teneatur, disciplinæ externæ & iustitiæ spiritualis.

PRIMUM igitur de disciplina externa hoc sciatur, omnes ho-
mines, etiam non renatos, habere hanc libertatē, id est, facultatem,
ut aliquo modo possint regere locomotiivam, & facere externa ope-
ra congruentia cum lege Dei. Nam Paulus nominat quandam iustici-
am carnis, id est, quam homo non renatus facit, quæ est externa ho-
nesta disciplina, id est, gubernatio externorum operum, iuxta legem
Dei. Vale enim Deus hanc libertatem reliquam esse in homine, ut in-
telligatur discrimen inter agens liberum, & inter agentia non libere:
Sicut ignis non potest non urere admota corpora. Item, ut sciamus
ipsam Deum esse agens liberum. Item, ut possit in societate hu-
mana gubernatio aliqua esse externorum membrorum. Ac nequaquam
vult Deus pro-fusus inutilem esse vocem legum in civili gubernatione
suo pedagoga, ideo inquit Paulus. Lex pedagogus est, scilicet docens
& coercens externa membra.

SECUNDO sciendum est, homines sine Evangelio, & sine Spiritu sancto, nec posse incoare in-
teriore obedientiam, præceptam in lege Dei, videlicet verum timo-
rem Dei, veram fidem, invocationem & dilectionem Dei, iuxta hæc
dicta Roma 8. Qui ducuntur Spiritu Dei, hi sunt filij Dei. Item: Si
quis Spiritum Christi non habet, nõ est ipse. Item: Sine me nihil po-
telligit facere. Sit igitur nõ discrimen inter externam disciplinam, &
inter motus interiores, qui sunt, quotiescunque filius Dei voce Evan-
gelij consolatur corda, & Spiritu sancto accendit fidem & invocatio-
nem Dei, & alios motus spirituales, de quibus dicitur: Accepistis Spi-
ritum clamantem abba Pater, id est, confugientem ad Deum fiducia fi-
lij, & in veris patribus mouentē corda, ut acquiescant in Deo, pro-
pter mediatorem. Et manifestissimum est, non posse deponi uiri-
bus naturalibus & *tañsa*, quæ nobiscum nascitur, quæ nominatur
mala concupiscentia, & mortem, nec posse hominem perfecte satis-
facere legi Dei. Dictum est igitur Roma. 8. Impossibile erat lege iusti-
ficari. Item: Sensus carnis legi Dei non subditur, nec potest ei subdi.
Propter hæc testimonia perspicua sciamus falsam & impiam esse o-
pinionem Pelagianorum, quam secuti sunt Monachi, qui docuerunt,
hominem posse legi Dei satisfacere uiribus naturalibus, mereri remis-
sionem peccatorum, & esse iustos legis impletione.

RESUS etiam errores Manichæorum & Enthusiastarum
fugendi sunt. Manichæi fingunt, alios homines ortos esse à bo-
no Deo, qui necessario bene faciunt: alios à malo Deo,
qui

qui non possint conuerti ad Deum. Enthusiastæ, Anabaptistæ, & Stenckfeldiani fugunt, expectandos esse violentos raptores, qui hunc nem etiam repugnantem conuertant. Has portentosas opiniones fugiamus, & consideremus ordinem à Deo sancitum: Fides ex auditu est, auditus per verbum Dei, &c. Colligit Deus æternam Ecclesiam voce Euangelij, & non aliter, arguit peccatum, & vult nos expulserere, non perseverare in delictis contra conscientiam. Tradidit enim promissionem gratiæ, cui vult nos assentiri, & nõ indulgere delictis: sed luctari cum imbecillitate nostra, & simul petere auxilium Spiritus sancti, quem promisit ijs, qui se fide sustentant, sicut dicitur Galat. 3. vt promissio Spiritus sancti detur credentibus. Item: Quomodo magis Pater vester cœlestis dabit Spiritum sanctum petentibus, quod si dicat, non repugnantibus. Item: Petite & accipietis. Item: Convertere me & cõuertar. Huc pertinent hæc dicta: Trahit Deus, sed volentes trahit. Item: Gratia præunte, comitante voluntate. **C O N C I O N E** R V N T igitur in conuersione hæc causæ, verbum Dei, Spiritus sanctus, quæ Pater & Filius mittunt, vt accendat nostra corda, & nostra voluntas assentiens, & non repugnans verbo Dei. Ac ne indulgeamus delictis, considerandum est, vttramque concionem vniuersalem esse, concionem pœnitentiæ, & promissionem gratiæ, sicut in Iesaja clare dicitur, capite 53. Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit, & posuit Deus in eo iniquitates omnium constructû. Et de accusatione vniuersali passim obuia sunt testimonia: Omnis caro fœnum. Item Romæ. 1. Vt omne os obturetur, & reus sit reus mundus Deo. Rursus & promissiones vniuersales in conspectu sint. Conclussit Deus omnes sub peccatum, ut omnium miseretur. Item: Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Item: Venire ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Item: Apud Deum non est προσωποληψία. Hæc verè & dulcissime consolationes semper in conspectu sint, nec ponantur in Deo contra dictoriæ voluntates. Vult nos Deus credere filio, & promittit gratiam omnibus confugientibus ad filium, & perentibus auxilium, sicut Psalmus inquit: Beati omnes qui confidunt in eum. Non igitur repugnemus, sed assentiamur promissioni, & hanc precationem ad se due repetamus: Credo Domine, sed opem fer meæ imbecillitati.

DE IUSTIFICATIONE.

QVID SIGNIFICAT VOCABULUM Iusticia?

SEMPER in hac doctrina initio consideretur, & quid vocabula significant, Iusticia, Gratia, Fides, & discernatur iusticia carnis à iusticia.